

<sup>b</sup>  
armati homines

reductis

uerbis

CHRONICON TOLOSANI

735

homines armati [a], et sub propriis signis redacti [b], de campo honorifice exentes, hostes, ut ad bella veniant, vocibus rogant et nutibus invitant; quibus verbis surda cantus audientibus aure [c] cum laudibus revertuntur et canticos. Coradus comes [d] de Romania, et Iohannes de Garmasia [e] eius vicarius, et Bonus comes Montefeltrius cum Ravenatibus, Ariminensibus, Pompiliensibus et aliis multis intus (cum) essent reclusi, Bononiensibus, segetes, arbores et vineas eorum nequaquam defendere potuerunt. Ut autem Liviensium linguam [f], et stultitiam penitus (ac perpetua) [g] domaretur... Sed enim vero forte magis Montefeltri poteris in aquam impressis literis scribere, aut tu [h] inflans leves pruinias per aera visum volare [i], quam pollutas Liviensium linguas posses ad sensum revocare.

inquam pressis polutis  
Quando Faventini succurrerent iterum Bononiensibus.

Bononiensibus

1235.

200

Bononia

Sub anno MCCCXXXV, die vi Junii [k] succurrerent iterum Faventini Bononiensibus amicis carissimis, omni mora postposita, et cum cc militibus et dccc peditibus [j], die noctuque properantibus, infra quatror dies post eorum adventum ab obsidione Livii [l], Bononiae adhaeserunt [k], civitate Faventiae optime relicta [l] munita, cum nostris forensibus et hominibus de Mutiliana.

Jun. 6

d < 700

civitate (in quibus) relicta munita  
Quando Faventini iverunt Fornazanum et (ad) Sancti Martini [m].

et S. Martinus (Agell ad)

CAP. CCVII.

Aug. 20

(poco unde)

1235

20.

Anno Domini MCCCXXXV, die xx augusti, sero quodam, equitaverunt Faventini omnes civitatem extra parte superiori, praetergredientes Forlivia ad villam Casagariæ, Colinam, Fornazanum, Malianum, villam quae est iuxta pontem de Ronco, villam Damolinum fere usque portas Forumpompilii; unde prædam [n] duxerunt maximam, et villam Grassilliani, quae est extra portas Sancti Martini in strata [A].

Grassilliani

[a] omnes armati. Sic lego. Codd. habent: homines armati. — [b] signis redacti, C. A.; signis reductis, C. V. — [c] quibus verba surda audientibus aure. Sic corrigo. In Codd., quibus verbis surda audientibus aure. — [d] Coradus comes etc. Omnes hi, quos recto casu effero, in C. V., sexto casu exponuntur. — [e] Iohannes de Guarmasia. Sic C. V.; Cod. A., Iohannes de Guarmasia; et sic etiam C. V. alibi. — [f] penitus domaretur. Sensus utilius est, nec aliunde potuis supplere. Sic enim, tam C. V. quam A., habent. — [g] magis poteris in aquam impressis literis scribere, aut tu, ut inflans leves pruinias per aera avis, volare etc. Sic restituo. In Codd. V. et A., magis poteris inquam (in aquam C. A.) pressis literis scribere, aut tu, aut inflans leves pruinias per aera visum (avis C. A.) volare etc. — [h] die vi iunii. Sic Codd. V. et A. — [i] et cum cc militibus et dccc peditibus. Sic C. A. et versio Zucculi. Adjeci conjunctionem et, quae deerat. In C. V. est, loco dccc peditibus, dccc peditibus. — [j] ab obsidione Livii, C. V.; ab obsidione Forlivia, C. A. — [k] Bononiae adhaeserunt. Sic lego. C. A. habet: Bononiam adhæserunt; et C. V., Bononiam obheserunt. — [l] civitate Faventiae optime relicta. Sic lego. Codd., civitate Faventiae optime relicta munitam etc. — [m] et ad Sancti Martini. Sic Codd.; sed sine ad, quod adjeci. — [n] unde prædam. Supplevi sic.

[A] Sancti Martini in strata, plebs in territorio Liviensi in charta an. 1001, F, 2323, Arch. Archiep. Rav. memoratur. Ejusdem nominis plebs, tamquam territorii Caesenatis nominatur in chartis an. 1231 et 1310; ibidem.